

# **Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

## **Obseruationum exegetica-criticarum in vtrumque foedus**

...

Ad sollemnem Resurrectionis Domini memoriam pie recolendam Ciues  
academicos exhortantur Rector, Cancellarius, Director et Senatus  
Academiae Regiomontanae

**Rink, Friedrich Theodor**

**Regiomonti, MDCCCI.**

**VD18 90587316**

Farbkarte

**urn:nbn:de:gbv:45:1-15834**

*Resurrec*

Ciues ac  
Rector, Cancell  
Academ

Anno

Obferuationu  
in vtrumqu



Litteris

32<sup>6</sup>  
ini

atus



—————

Inimmo Dominus

**A**dsunt, *Cives Ornatissimi*, dies festi laetissimi, singulari a nobis erga Deum, si qui alii, gratiarum actione celebrandi, Christum cum nobis redituum religionis suae testem sistant atque sponso- rem. Accuratam autem huius, quam edocti sumus omnes, religionis cognitionem sibi comparare, prae ceteris inter Christianos officii est iis, qui litteris student, indeque eruditorum nomen sibi vindicant. Quod tamen cum sola novi foederis, quod dicunt, lectione, neglecta aevi et populi ratione, neglectoque linguae et cogitandi modo, quibus Christus eiusque discipuli utebantur, effici nequeat: iam ab antiquissimis inde temporibus, non solum canonicos, quos vocant, sed et apocryphos libros, maxima ex parte parum ab isto tempore remotos, diligenti perscrutatione, lectio- neque sollerti dignissimos censuerunt viri eruditi. Quos autem inter libros, Iesu Siracidae Ecclesiasticum, sic dictum, licet cum *Sonntagio*, *V. R* libri potius farrago, quam liber nominandus sit, reliquis fere omni- bus palmam praeripere, quis est, qui neget? Hac ratione adducti et nostro aeno non pauci exsistere viri docti, qui eum suis curis ornandum putarent. E quibus prae ceteris nobis nominandus est *V. R Linde*, qui non solum versionem huius libri vernaculam, eamque satis elegantem a) paravit, sed ipsum graecum textum non nullis locis recognovit et anno-

a) Aliam nuper dedit interpretationem pari laude dignam THADDEVS DE-  
RESER V. R. Vid. *Die heil. Schrift des A. T. Th. III. Bd. II. Frft. 1800.*

